



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Raptus Divinus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

CONSIDERATIO X.

AMOR DEI,

Raptus Divinus.

Qui desiderat rari in tertium cœlum, sicut Aposto-
lus, accipiat pro duce, & magistro Sanctum Amo-
rem, qui est *vis rapiens ad cœlestia*, est violentia, est ma-
gnitudo supernaturalis, quæ subleuat animam de terra, &
rapit eam, unitque summo bono, & ultimo fini Deo.
Hoc deest in hoc divino raptu abstractio à sensibus, &
omnis non usû, certè abusu, atque defectibus.

Proprium est animæ, factæ ad imaginem Dei, rari ad
Deum, ait S. Thomas: ut modo, non quidem naturali,
sed supernaturali, trahatur & rapiatur in Deum. *Trahere*
me, Domine; rape me, Domine. Opus est hoc gratiæ tuæ,
infectus amoris tui, amor Sanctus, amor rapiens; amor
qui dividit; amor, qui separat; amor, qui rapit. Et quid
est amor cœlestis? *Sum raptor cordium*, raptor & præ-
tor affectuum, appetituum cordis. O felix præda,
prædatio, beatum prædari! Sit præda tua cor meum,
Deus meus: totum tibi confecro, totum dono.

Atque hinc intelligas excellentiam Sancti & puri A-
moris. Quid facis, quando amas? *Rapio, & rapior*, præ-
tor, & prædatio. Prædatio est duorum cordium: præda
cor Dei, præda Dei cor meum.

Quis ergo non amaret, quis non pateretur, quis non
moreretur propter amorem? Iterum rogo Deus meus,
trahere me ad te, & trahere me, rape me ad te in vinculis
caritatis, dulcibus laqueis Sancti Amoris!
& hæc sola sit omnis petitio
mea.

CON-